

De profundis

De profundis clamavi ad te, Domine;

Des profondeurs je crie vers toi, Seigneur.

Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae.

Seigneur, écoute mon appel ; que ton oreille se fasse attentive au cri de ma prière.

Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?

Si tu retiens les fautes, Seigneur, Seigneur, qui subsistera ?

Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Mais près de toi se trouve le pardon, afin que l'homme te craigne.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.

Mon âme espère en sa parole ; mon âme espère dans le Seigneur.

A custodia matutina usque ad noctem, speret Israël in Domino.

Plus qu'un veilleur ne guette l'aurore, qu'Israël espère dans le Seigneur.

Quia apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio.

Oui, près du Seigneur est l'amour ; près de lui, l'abondance du rachat.

Et ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.

C'est lui qui rachètera Israël de toutes ses fautes.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Gloire au Père, et au Fils, et au Saint-Esprit.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Comme il était au commencement, maintenant et toujours, pour les siècles des siècles. Amen.

Magnificat

Magnificat anima mea Dominum,

Mon âme exalte le Seigneur,

Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

et mon esprit exulte en Dieu, mon Sauveur.

Quia respexit humilitatem ancillae suae.

Il s'est penché sur son humble servante ;

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

désormais tous les âges me diront bienheureuse.

Quia fecit mihi magna qui potens est,

le Puissant fit pour moi des merveilles,

Et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

saint est son nom ; sa miséricorde s'étend d'âge en âge sur ceux qui le craignent.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Déployant la force de son bras, il disperse les superbes.

Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes.

Il renverse les puissants de leurs trônes, il élève les humbles ; il comble de biens les affamés et renvoie les riches les mains vides.

Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula.

Il relève Israël son serviteur ; il se souvient de son amour, de la promesse faite à nos pères, en faveur d'Abraham et de sa descendance, à jamais.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Gloire au Père, et au Fils, et au Saint-Esprit.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Comme il était au commencement, maintenant et toujours, pour les siècles des siècles. Amen.

Longe mi Jesu

Longe mi Jesu, longe ad te,

Loin, très loin de toi, mon Jésus,

Ah crucior mi Jesu in dolore,

ah, je suis à l'agonie, mon Jésus !

Dulcedo suavis mea,

toi, ma douce douceur,

O Jesu, veni ad me gratia tua,

ô Jésus, viens à moi par ta grâce.

In afflictione mea,

dans mon affliction,

Adjuva me, o dulcis Jesu,

aide-moi, ô doux Jésus.

Cor meum incende,

embrase mon cœur,

Cor meum tuo favore,

que ton amour habite mon cœur,

Et ure reatus meos,

et consume mes fautes.

Tandem moriar beatus; en languet anima mea tuo Jesu amore.

Alors je mourrai bienheureux : mon âme défaille dans ton amour, Jésus.

O quam tu pulchra es

O quam tu pulchra es amica mea, columba mea, spetiosa mea, quam pulchra es.

Ô comme tu es belle, mon amie, ma colombe, ma beauté, comme tu es belle.

Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua.

Tes lèvres distillent des rayons de miel, mon épouse ; le miel et le lait sont sous ta langue.

Et odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris, quam pulchra es.

Et l'odeur de tes habits est comme celle de l'encens ; comme tu es belle.

Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa.

Tu as blessé mon cœur, ma sœur, mon épouse.

Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui.

Tu as blessé mon cœur par un seul de tes regards et par une mèche de ton cou.

Quam pulchra es.

Comme tu es belle.

Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, immaculata mea.

Lève-toi vite, mon amie, ma colombe, ma belle, mon immaculée.

O quam tu pulchra es amica mea, columba mea, formosa mea, immaculata mea.

Ô comme tu es belle, mon amie, ma colombe, ma belle, mon immaculée.

Pulchrae sunt genae tuae

Pulchrae sunt genae tuae,

Tes joues sont belles,

Amica mea, soror mea, sponsa,

Mon amie, ma sœur, mon épouse,

Oculi tui sicut columbarum.

Tes yeux pareils à ceux des colombes.

O pulcherrima Virgo,

Ô Vierge très belle,

In uno crine tuo vulnerasti cor meum.

D'un seul de tes cheveux tu as blessé mon cœur.

Columba mea,

Ma colombe,

Ubera tua sicut botri Cypri

Tes seins sont comme des grappes

Et ut hinnuli duo gemelli

comme deux faons jumeaux

Caprae, qui pascunt flores.

d'une gazelle, paissant des fleurs.

Quam pulchra es et speciosa, Virgo!

Que tu es belle et resplendissante, Vierge !

Coronabere, veni de Libano,

Tu seras couronnée, viens du Liban,

Amica mea, formosa mea.

mon amie, ma belle.

Tui dentes, ut oves de lavacro,

Tes dents sont comme des brebis sortant du bain,

Et labia stillantia unguentum.

et tes lèvres distillent le parfum.

Laudate Dominum

Laudate Dominum omnes gentes

Louez le Seigneur, vous toutes les nations

Laudate eum, omnes populi

louez-le, vous tous les peuples

Quoniam confirmata est

car elle s'est affermie

Super nos misericordia eius,

sur nous, sa miséricorde

Et veritas Domini manet in aeternum.

et la vérité du Seigneur demeure pour l'éternité.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

Gloire au Père, au Fils et à l'Esprit Saint

Sicut erat in principio, et nunc, et semper,

comme au commencement, maintenant et toujours,

Et in saecula saeculorum.

pour les siècles des siècles.

Amen.

Amen.

Ingemisco

Ingemisco, tamquam reus,
Je gémiss comme un coupable,

culpa rubet vultus meus,
la faute rougit mon visage,

supplicanti parce Deus.
au suppliant, pardonne, Seigneur.

Oro Supplex

Oro supplex et acclinis,
Je prie, suppliant et incliné,

cor contritum quasi cinis,
le cœur brisé comme de la cendre,

gere curam mei finis.
prends soin de ma fin.

Crucifixus

Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est.
Crucifié pour nous sous Ponce Pilate, il souffrit sa Passion et fut mis au tombeau.

Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agneau de Dieu, qui enlèves le péché du monde, prends pitié de nous.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agneau de Dieu, qui enlèves le péché du monde, prends pitié de nous.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.
Agneau de Dieu, qui enlèves le péché du monde, donne-nous la paix.

Salve Regina

Salve, Regina,
Salut, ô Reine,

Mater misericordiae,
Mère de miséricorde,

vita, dulcedo et spes nostra, salve.
notre vie, notre douceur et notre espérance, salut !

Ad te clamamus,
Vers toi nous crions,

exsules filii Evae.
enfants d'Ève exilés.

Ad te suspiramus, gementes et flentes
Vers toi nous soupirons, gémissant et pleurant

in hac lacrymarum valle.
dans cette vallée de larmes.

Eia ergo, advocata nostra,
Ô toi, notre avocate,

illos tuos misericordes oculos ad nos converte.
tourne vers nous ton regard miséricordieux.

Et Jesum benedictum fructum ventris tui,
Et Jésus, le fruit béni de tes entrailles,

nobis, post hoc exilium, ostende.
après cet exil, montre-le-nous.

O clemens, o pia, o dulcis
Ô clémente, ô miséricordieuse, ô douce

Virgo Maria.
Vierge Marie.

Dixit Dominus

Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Oracle du Seigneur à mon Seigneur : siége à ma droite, jusqu'à ce que je fasse de tes ennemis ton marchepied.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

Le Seigneur étendra de Sion le sceptre de ta puissance : domine au milieu de tes ennemis.

Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.

À toi le principat au jour de ta puissance, dans la splendeur des saints : du sein de l'aurore je t'ai engendré.

Juravit Dominus et non poenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Le Seigneur l'a juré et il ne s'en repentira pas : tu es prêtre pour toujours selon l'ordre de Melchisédech.

Dominus a dextris tuis confregit in die irae suae reges.

Le Seigneur, à ta droite, brise les rois au jour de sa colère.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum.

Il juge les nations, accumule les ruines, brise les têtes sur toute l'étendue du pays.

De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.

Il boit au torrent en chemin : c'est pourquoi il relève la tête.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

Gloire au Père, au Fils et au Saint-Esprit.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum.

Comme il était au commencement, maintenant et toujours, pour les siècles des siècles.

Amen.

Amen.